



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XI. Bischof Arnold von Havelberg bestätigt den Altar des heiligen Geistes  
zu Pritzwalk, am 24. Juni 1306.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](#)

tum id laudabilius et acceptabilius deo credatur, quod de medulla cordis ac pinguedine caritatis offertur, ad promouendum ea diuini sunt cultus tanto studiosius unusquisque fidelium debet intendere, quanto immensius a retributore omnium bonorum Jhesu christo celestis glorie se sperat premium adipisci; volentes igitur, ut ecclesia beate marie virginis gloriose in halberstadt congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et Confessis, qui ad ipsam in quatuor festiuitatibus beate virginis, uidelicet in festo assumptionis, In natuitate beate virginis gloriose, In festo purificationis et annuntiatione cum deuocione accefferint aut eciā ad structuram ipsius ecclesie pias largiti elemosinas fuerint, Auctoritate dei et beatorum apostolorum petri et pauli confisi quadraginta dies et vnam Karrenam de iniunctis sibi penitenciis sub ratihabitione dyoceſani episcopi misericorditer relaxamus, Eandem graciam omnibus ad predictam ecclesiam infra octauas et in octauis predictarum festiuitatum accedentibus concedentes. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIII<sup>o</sup>.

Nach dem Original im Provinzial-Archiv zu Magdeburg.

XI. Bischof Arnold von Havelberg bestätigt den Altar des heiligen Geistes zu Prizwalek,  
am 24. Juni 1306.

Nos Arnoldus, Dei gracia Havelbergenis Ecclesie Episcopus, presentibus lucide recognoscimus potestando, quod nos vidimus et legimus literas consulam et scabinorum civitatis Pritzwalck suis sigillis et Domini Heyzonis de Cracow signillatas, super fundatione et donatione altaris sancti spiritus ibidem in hec verba. Universis christi fidelibus presentem paginam percepturis consules et scabini civitatis Pritzwalck atque de consenu Benivolo et promotione plebani nostri Heyzonis de Cracow domum altaris sancti spiritus in nostra civitate Pritzwalck instaurando edificavimus et melius edificare intendimus in futurum, Saluo tamen jure plebani, Id est quod Oblationes, que in altari predice domus offeruntur, ipsi plebano totaliter deriuentur, et Officijans nichil juris in oblationibus retinebit; Insuper nolumus ignorare, quod Dominus Johannes de Werben, qui altare sancti spiritus jam officiat, de Patrimonio suo ipsum duobus talentis et scabini duobus talentis annuo perſolvendis dotaverunt, Et nos ex parte civitatis Prizwalck alijs quatuor talentis annuatim dandis Domino Johanni de Werben et suis successoribus ipsum altare dotauiimus in nomine Jesu Christi, Ita quod in festo Natuitatis Domini duo talenta, In festo Pasche duo talenta, In Nativitate Johannis Baptiste duo talenta, et in festo Martini duo talenta Domino Johanni de Werben et successoribus suis nos et successores nostros perpetuis temporibus obligamur. Et ut Plebano nullum fieret prejudicium placuit plebano, quod consules ciuitatis Prizwalck ad idem altare quando vacaret presentarent personam ydoneam, de suo et suorum successorum consenu. Insuper placuit Plebano ut sub priori missa, que in Parochia dicitur, preter festam Nativitatis, festum Pasche et festum Pentecostes et festa quatuor Marie, Michaelis, commemorationis animarum, In quibus festis post Offertorium summe Missae predice Domus sancti spiritus missa extat celebranda, missa celebretur. In cuius rei testimonium presentes literas dedimus sigillo nostro et plebani nostri roborantes. Datum Prizwalck, Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>. in Dominica Mi-

sericordias Domini Testibus presentibus subnotatis: Domino Heyzone de Cracow, Henrico de Pynnow, Johanne de Buewolt, Alberto de Wupelitz et alijs fide comprobatis. Et nos Arnoldus, Dei gracia Hauelbergensis Ecclesie Episcopus, pijs precibus et deuotis dictorum consulum inclinati predictas literas in omnibus suis clausulis et articulis auctoritate nostra Dioceſana approbamus, et in nomine Domini presentibus confirmamus, in cuius rei testimonium ſigillum noſtrum presentibus eſt appenſum. Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>., ipſo die Jo- hannis Baptiste.

Aus Beckmann's Handschrift.

XII. Der Bischof von Havelberg verkauft an das Nicolai-Stift in Magdeburg Güter in Calbe,  
am 29. Mai und 3. Juni 1310.

In Nomine domini amen. Arnoldus, dei gracia haelbergensis Ecclesie Episcopus, Reynerus, prepositus, Hinricus, Prior, Totumque Capitulum eiusdem ecclesie vniuerſis hanc litteram viſuris ſeu audituris ſalutem in domino ſempiternam. Ne ea, que geruntur in tempore, ſimul cum fluxu temporis euaneſcant, Expedit, ad certitudinem prefencium et memoriam futurorum ea ſcripture teſtimonio perhennari. Notum igitur facimus tam presentibus, quam futuris, quod tres manſos cum totidem areis ſeu curiis, in campo opidi Calue Magdeburgensis dyoceſis ſituatos, ad ius et proprietatem haelbergensis ecclesie et ſpecialiter ad redditus et prouentus epifcopalis meneſe ſpectantes, in viſu volentes conuertere meliores, Cum propter locorum diſtanciam nobis promptum et facile non eſſet ipſos a grauaminibus quaſi frequenter emergentibus defenſare. Tandem ſuper hoc, vt moris eſt, cum capitulo noſtro haelberg. tractatu prehabito diligenti manſos eosdem honorabilibus viris dominis The., decano, Johanni, Thezaurario, et H. de ſconen beke, canoniciſ sancti Nycolai Magd. pleno et vnanimi ipſius capituli noſtri accedente conſenſu vendidimus et tradidimus iure proprietatis perpetuo poſſidendoſ pro centum LXXXVII marciſ cum dimidia ſtendalgenſis argenti, quas nos recepiſſe et habuiſſe recognoſcimus per preſentes et nobis a preſatiſ dominis dataſ integre et ſolutas et in viſu noſtre eccleſie conuerſas, prout utilitas ipſius eccleſie exigebat. Quos quidem manſos ab omni onere aduocacie, exactionis ſeu precarie imposicione et censuſ preſtacione nullique condicione ſubiectos vendidimus ac eorum poſſeſſionem tradidimus emporiſ ſupradictiſ. Promiſimus nichilominus et promittimus eiſdem, manſos eosdem tam in proprie- tate, quam in poſſeſſione a quibuscumque perſonis ſeu vniuerſitate, fi opus fuerit, diſbrigare et wa- randare de ipſis ac eciam legitime defenſare et perpetuo firma et rata tenere et habere dictam vendicionem ac omnia et ſingula ſupraſcripta. In cuius rei eidens teſtimonium et conſenſum Nos Arnoldus, Episcopus, ac capitulo ſupradicti dedimus emporiſ memoratiſ preſentes litteras ſigillorum noſtrorum munimine firmiter roboratas. Teſtes huius rei ſunt hic: domini Otto de brezna, Thezaurarius maioriſ, Gheuehardus de Querenuorde, sancti ſebastiāni, hinricus de gru- nenberg, ſanti Nicolai prepoſiti, albertus de aluenſleue, hermannus crispus, Theode- ricus de dafle, ſcolasticus, canonici ſancti Nicolai predicti Eccleſiarum Magd. et quam plures